

---

## LXXIII. ASPASIA.

*Aspasia.* Lindl. in Hook. Bot. Misc. ined.

Perianthium patens, æquale. Sepala lateralia libera; supremum cum petalis basi connatum. Labellum oblongum, concavum, ecalcaratum, obsolete 4-lobum, cum columna semi-connatum. Columna labello parallela, semiteres, marginata. Anthera . . . . Pollinia 2, pyriformia, posticè sulcata, caudiculâ planâ cuneatâ, glandulâ parvâ.—Herbæ epiphytæ, caulescentes, pseudobulbosæ. Folia subcoriacea. Spicæ radicales, breves. Flores mediocres.

1. *ASPASIA epidendroides.* Lindl. l. c.

Hab. in *Panama et Columbia occidentali*, Cuming. (no. 1297.) (*hab. s. sp.*)

Pseudobulbi 1-2-phylli, compressi, dipteri. Folia pedalia. Racemi e basi pseudobulborum, quibus sunt paulò longiores.